GREGORIUS MAGNUS. PS. AMPHILOCHIUS ICONIENSIS
1. Hälfte 12. Jh. Seite 207r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36491
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



trahunt extrinsecus. extrinsecus minuunt. Igitur a publico locutio
nis redeundum est ad curiam cordis. ut quasi in quodam cecilio confutationis ad
me ipsum discernendum cum voce cogitationes mentis. quatenus ibi uideam
ne aut incaute mala. aut bona non bene dixerim. Tunc enim bene dicitur bo
num. cum is qui dicit. soli ei a quo accepit per id appetit placere quod dicit. Et
quidem mala me aliqua dixisse non inuenio. tamen omnia que dixerim non de
fendo. Bona uero si qua diuinitus accipiens dixi. meo uidelicet uitio
minus me bene dixisse profiteor; nam ad me intrinsecus rediens postpo
sitis uerborum foliis. propositis sententiarum ramis. dum ipsam subtiliter radi
cem mee intentionis inspicio. dum quidem ex ea me summopere placere
uoluisse cognosco. si ei de intentioni qua dum placere studeo furtim se
nescio quomodo intentio humane laudis intrserit. quod cum iam primo modum
tardeque discerno. inuenio me aliter agere. quod scio me aliter incho
asse. Sic enim sepe intentionem nostram dum ante oculos recte inci
pitur. occulte subiuncta. et eam uelut intinere comprehendens. inten
tio humane laudis assequitur. sic, pro necessitate quidem cibus sumitur. sed in ip
so esu dum furtim gula surripit. edendi delectatio permiscetur. Unde
plerunque contingit. ut refectionem corporis quam salutis causa cepimus. cau
sa uoluptatis expleamus. Fatendum est igitur quod recta quidem intentione nostra
quam soli dum placere appetimus. nonnunquam intentio minus recta quam de donis dei pla
cere hominibus quaerit insidiando comitatur. Si autem de his diuinitus distri
cte discutimur. quis intrista remanet salutis locus. quando et mala nostra pu
ra mala sunt. et bona quae nos habere credimus. pura bona nequaquam esse possunt.
Sed hoc in opere precium credo. quod fratrum aurib; omne quod in me latent ipse rep
hendo. incunctanter aperio. Quia enim exponendo non celaui quod sensi. confiten
do non abscondo quod patior. per expositionem patefacio dona. per confessionem
detego uulnera. Et quia in hoc tam magno humano genere nec par
ui desunt. qui dictis meis debeant instrui. nec magni desunt. qui cognitae mee
ualeant infirmitati misereri. Per hec utraque aliis fratribus quantum possum cu
ram confero. ab aliis spero. illis dixi exponendo quod faciant. istis aperio confi
tendo quod parcant. illis non subtraho uerborum medicamenta. istis lace